

P V I S



1 6 0 3

ILLVSTRISSIMORVM

Ppr. ac Ddn. Domini Ioachimi

FRIDERICI, Silesiæ, Lignitij, & Brigæ Ducis, &c.

Et Dn. ANNAMARIÆ Principis Anhal-
tinæ, Comitissæ ASCANIAE, Dominae
Seruestæ, ac Bernburgi, &c. Domi-
norum suorum clementif-
simorum.

NVPTIIS, celebratis BRIGÆ:
Anno 1577. Maio Mense.



CM.

M. VVOLF GANGI AMLINGI, Mu-
nerstad: Fr. Seruestæ ad Ni.
col: Past.

MAGDEBVRGÆ

Vvolf gangus Kirchnerus excudebat.

M. D. LXXVII.

*Ingenio, et docto adolescenti, Wolfgango
& : principisissimi Dni consulis Jacobi
a Hona sig: JH. MA.*



ILLUSTRATION

Pp. ad Ddn. Dominum Joachimum

FRIDERICUS SIGILLI, LIGNI, & BRIGI DUCIS, &c.
Et Dr. ANIMARUM PRINCIPIS APHRI-
CANI, COMITIS A CANAB, DOMINI
SUTHELI, ac BERIBURGI, &c. DOMI-
NIUM SUUM CLEMENTI-
SIMONUM.

NYPTIS, celebris BRIGI
ANNO 1777. Maio Mense.

M. VORPOLLNER AMINGI, M-
perstab: Fr. Schickel ad M-
col: Par.

MAGDEBURGA

Vollgangus Kirchnerus excudens

M. D. LXXVII

Faint handwritten text in blue ink, likely bleed-through from the reverse side of the page.



EPITHALAMIVM.

ἕως θεῶν, ἄνευ οὐ οὐδεὶς εὐτυχῆ βροτῶν.



SCANIIS rursus claro lux æthere surgit,
Atq̄ iubet summo dicere grata Deo.

Grata Deo instituit sacra dum *CLARIS-*
SIMVS HEROS,

ASCANIS ingreditur cuius *AMICA* torum.

O tenui tantæ mihi sint in carmine *Vires,*

Quantas iam pietas exigit, atq̄ fides.

Ter calamum arripui, ter me deterruit ingens,

An pavor, an dicam mixtus amore pudor.

Inuitat pietas, maiestas impedit: vrget

Officiosa fides, Musa recedit inops.

Nec sine *MVSARVM TALEM* dimittere nympham

Gratantum plausu conuenit, atq̄ prece.

Præualeat *PIETAS*: parit obsequiosa *VOLVNtas*

Conanti veniam: turbat honesta pavor.

Aspiret cœli *CHRISTVS* de vertice ceptis,

Et mea sint *PATRIÆ* carmina grata *PATRI.*

Haud tamen, haud in eum mihi fas descendere campum,

Vt *SPONSI* laudes connumerare velim.

Diuitis ingenij est *HEROIS* condere laudes,

Atq̄ *MAGISTRATVS* commemorare decus.

A 2

Ergo

Ergo tuas alij DVX illustrissime cantent:
Nos SPONSÆ dotes concelebrare decet.
Concelebrare inquam: nec enim comprehendere VERSV,
Vel numero has etiam rauca THALIA potest.

Est aliquid, fateor, generosa excellere forma:
Sed plus ingenij forma decoris habet.
Si tamen ex forma diuinæ gratia mentis
Emicat, hanc SPONSAM dixeris esse DEAM.
Qualis erat generis nostri pulcerrima MATER:
Tale refert Nympha hæc Ascanis ore decus.
Aspice, quæ grauitas: quæ mixta rubore Venustas:
Quæ lex membrorum, quàm roseusq; pudor.
Frons patet, & non est deformibus obsita rugis:
Splendescit facies Iaspide pura magis.
Tam cupiat claros oculos diuina DIONE,
IVNO candidulas expetat hæc manus,
Hinc CHORVS Aonidum ceston petat alma sororum:
Penelopen superat, Teq; Ariadna genis.

Corporis hoc decus est, sed dotibus auctior est MENS,
Cui veræ cordi sunt pietatis opes.
Ergo bonis haud fortunæ generosa triumphat,
Sed casta gestit mente placere Deo.
Vix Domini hac monstres pectus metuentius vllum,
Cum primo didicit lacte timere DEVM.

Vtq;

Nec vaga pro sacro supponi somnia **VERBO**,
Nec supplantari corda tenella sinas.
Præter & ut meritum, duo per velut organa, nobis
Noticiæ lucent semina sancta tuæ:
(Magnanimum puto Martinum, doctumq; Philippum:
Quos acies eadem copulat, vna fides.)
Sic procul à nostris furias præsepibus arce,
Qui patrij dirimunt lumina bina soli.
Quicquid & eructant erroris corde prophano,
Nescio qua zeli vendere nube solent.
Nec Maiestatem **CHRISTI**, sed propria quæerunt:
Nec pascunt, vastant, prostituuntq; gregem.
(Collapsis **PIETAS** procul errat, & exulat **ARIS**:
Mendicant **ARTES** turpiter, atq; **FIDES**.
Peccatis adeo nostris, non omnia fatis:
In peius retro lapsa referre gradum.)
Sed bene habet: minus ista **SOPHISTICA** nanque co-
Quam si funiculos nectat arena maris. (hæret,
Sic quia confundunt, quod agi nugantur: ut vltro,
Commentis positis, putrida causa ruat.
O scelus $\alpha\alpha\lambda\alpha\sigma$: Vani sub tegmine zeli,
Quot chaos errorum, quanta chimæra latet?
Ut tamen agnoscas, zelum qua fronte **LUTHERI**
Iactent, sit tanti **REGVLA** nota virj.
Qui negat in **CHRISTO** distinctas proprietates,
Naturas ipsas destruit, atque negat.

Hec

S I M I S

Regula Lutheri
NB



*Hæc stat magnanimi sententia fixa LUTHERI:
Hanc tua, non aliam, scripta Philippe probant.
AVREASCRIPTA, Vigor quorum durabit in ævum:
Vulcanus cudat fulmina mille licet.
Regna crepent, Europa fremat, ruat ortus, & orcus:
Hæc doctrina manet vindice tuta Deo.
Invidia stygio rumpantur ut ilia codro,
Non hanc evertent reproba tela fidem.
Hæc est illa FIDES, pro qua per vulnera mortem
A nato pulcræ Martyres orbe petunt.
Vera fides hæc est: quamvis neget iste, vel ille.
Qui negat hanc: CHRISTI nomen is ipse negat.
O CAPITA Imperij Christi defendite NOMEN:
Æternum pariet nomen id, atque decus.
HEROAS defende DEVS, qui dogmata VERBI
Intemerata fouent, ac profitentur: Amen.
Semper & hic THALAMVS gignat, qui dogmata
Intemerata colant, & tueantur, AMEN. (verbi*

*Annus celebratarum nuptiarum sequenti
piorum voto includitur.*

*O IESV CHRISTE, CRUCIFIXE PRO NOBIS, MISE-
RERE PRESSAE ECCLESIAE.
ET EOZ TIXON.*

*Et sVa Ves sponsI storgæ testant Vr, & Ignes,
Nos erga qVanto fLagret aMore DeVs.*

F I N I S.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



Jf 4600


ULB Halle 3
003 299 04X



sb.

1077





B.I.G.

Farbkarte #13

LXII

64

STRISSIMORVM

dn. Domini Ioachimi

ilefiæ, Lignitij, & Brigæ Ducis, &c.
NAMARIAE Principis Anhal-
nitis ASCANIAE, Dominae
e, ac Bernburgi, &c. Domi-
um suorum clementif-
simorum.

IS, celebratis BRIGAE:
101577. Maio Mense.



EGANGI AMLINGI, Mu-
ad: Fr. Seruestæ ad Ni.
col: Past.

cm.

GDEBURGÆ

ngus Kirchnerus excudebat.

M. D. LXXVII.

*ex docto adolecenti, Wolfgangii
prudentissimi Dni consulis Jacobi
bona sibi: JH. 24.*

75

